

3



1636.

1. Arminius, Dominicus: De . . . principum et electo-
rali atque ducali domo Saxonica, privilegio:
De non evocando et non appellando.
- 2^{us}. Johannus, Ortelius: De assassinio. 2. Impl.
1636 & 1745
- 3^{us}. Prieschenck, Zacharius: De majestate.
4. Theodericus, Petrus: De jure mercatorum singulari.
5. Angepaus, Erasmus: De possessionibus.
6. Angepaus, Erasmus: De personis ad fendi conces-
sionem habitibus.
7. Angepaus, Erasmus: De consuetudine.

1637.

1. Prieschenck, Zacharius: De appellationibus.
2. Prieschenck, Zacharius: De reconventionem.
3. Prieschenck, Zacharius: De juramentis.
4. Richter, Christophorus Philippus: De interpretatione
contractuum.

1637.

5. Richterius, Christophorus Philippus : De curatore bonorum.
6. Theodoricus, Petrus : De successioneibus principum imperatorum et Electorum.
7. Angepauerus, Erasmus : De prioritate et privilegio creditorum.
8. Angepauerus, Erasmus : De successione feudali testamentaria.
9. Angepauerus, Erasmus : Controversiae miscellaneae ex jure civili scripto, Canonico et feudali.
10. Angepauerus, Erasmus : De concordia discordantis juris Justiniani.
11. Angepauerus, Erasmus : De scabinatibus.
12. Angepauerus, Erasmus : Disputatio ad l. unam ff. de conditione ex lege.



1
6
7
8
9
10
11
12

[Faint, illegible handwriting on a lined page]



Quod felix ac faustum

13. 1636, 5

DISPUTATIO JURIDICA

De

POSSESSIONI-

BUS,

Quam

Ex permissu atq; consensu JCTorum in

illustri Salana

Patrocicante

VIRO

Amplissimo, Consultissimo & Excellentissimo

DN. ERASMO UNGEPAUER,

JCTo Celeberrimo, Professore

hujus Academiæ Publico, Consiliario Saxonico

gravissimo, Curia Provincialis & Scabinatus Adessore di-

gnissimo, Promotore & Præceptore suo quovis honoris ac

observantiæ cultu nunquam non

suspiciendo,

In Auditorio JCTorum

Ad diem Augusti

discutiendam offert

CHRISTIANUS GUNTHERUS Förster

Arnstad. Thur.

J E N Æ

Literis heredum Weidneri,

Anno 1636.





V I R I S

*Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis, Consul-
tissimis, Excellentissimis*

Dn. PETRO THEODORICO, Hereditario in Groslobi-
chaw / Jcto celeberrimo, P. hujus Academiae Publico,
Consiliario Saxonico gravissimo, nec non Curiae Provin-
cialis & Scabinatus Adlessori meritissimo.

Dn. JOHAN Denharten / Jcto, & Cancellario apud Inacen-
sem aulam gravissimo.

Dn. JOHAN MICHAEL Straussen / J. U. D. Consiliario &
Praefidi Consistorii, quod Meiningae, Spectatissimo.

Dn. GEORGIO à Freywalten / J. U. D. & Consiliario apud
aulam Altenburgicam primario.

Dn. JOHAN NICOLAO Hanwackern / J. U. D. & Praefectui
urbi Schleusingae dignissimo.

*Dominis suis Promotoribus, Patronis & Affinibus
Magnis, omniq; animi deveneratione
aeternum prosequendis.*

Ad contestandum debiti erga ipsos
honoris studium

Hoc exercitium Legale

dedicat

A. & R.



THESIS I.

Quemadmodum jus nostrum humanum ratione quidem originis unum est. l. 6 ff. de j. & j. sed ratione formæ, quæ vel *Communis*, vel *Specialis*, duplex oritur d. l. 6 §. *jue autem*. s. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* ita non minus dominium, quod nos ex jure nanciscimur, est vel *natura* seu *gentium*, vel *legis* seu *civium*. l. 1. l. *ea qua* 53. ff. de *acquir. rer. domin.* §. 11. *Inst. eod.* §. *fin. de usu & habit. junct. princip. de usu cap. & long. temp. prescript.*

2. Sed utrum horum volueris, id nisi naturalis quædam præcedat possessio, l. 1. §. 1 ff. de *acquir. vel amitt. poss.* captare nullo modo potes, l. 3 ff. de *usucap. §. apium* 14. *Inst. de rer. divis.* l. 5. ff. de *acquir. vel amitt. possess.* l. 20. *C. de pactis.* Bronchorst *ἐναρτιοφανών cent. 3. assert. 81.* Nam si juxta regulam seu Canonem illum Logicum Effectus à causa naturalem suam dependentiâ & existentiam habeat, sicut infallibilem habet, quæ quæso dominium tanquam effectus absque possessione constare posse putandum est.

3. Quæ verò duo sermone disputatorio ut explicem, id videtur labor esse, quem nec mei patiuntur ingenii vires, nec hujus instituti ratio, neque etiam angustia chartæ. Saltem unū h. e. possessionem ceu necessariam adquirendi domini partē, dd. ll. animus est, in præsentiarum pro virili tractare. Quod commodius atque faciliori opera à me non potest fieri, quàm observatâ quadam compendiosâ methodô: Cui & ego sic pro facultate mearum virium innitens, considerabo possessionem in ipsius tum *Nomine*, cum in ipsa *Re*. *Nomen* illud tria circumstant, quorum unum est *Etymologia*, alterum *Homonymia*, tertium ac ultimum *Synonymia*. *Rem* verò septem. 1. *Definitio*. 2. *Divisio*. 3. *Subjctum*. 4. *Objectum*. 5. *Modus acquirendi*, retinendi & amittendi. 6. *Finis*. 7. *Effectus*.



65
4. Ethymologiam vocis quod attinet ex *l. 1 ff. de adquir. vel amitt. possess.* statim videre licet possessionem derivatam à sedibus, quasi possessio sit sedis positio, idè quod rei corporali naturaliter insistamus, quamvis alii in *d. l. malint legere possessionem quasi pedum positionem*, alii verò utriusque (pedis positionem, & sedis positionem) lecturam defendi posse arbitrentur. *P. Greg. 1. Synt. jur. 13. n. 4. Zas. in d. l. 1. Walth. 2. misc. 19.* Hinc locutiones illæ Grammaticæ, capere sedem, mutare sedem, occupare sedem & similes illarum varietates apud autores passim inveniendæ. Juxta definitionem ergò possessionis nominalem illum possidere dicimus, qui sedem in aliqua re suam posuit. Quemadmodum etiam in nostra lingua germana possessionem indigitamus: etne *Besitzung*, einen *Sitz*: & cum aliquem significatum volumus, sufficientia rerum dominia habere, seu divitem esse, dicimus: *er ist wol geseßen*: de quibus vide sis *Lex. Schard.*

5. Sequitur explicatio vocis homonymica: Sumitur autem possessio apud Latinos & in nostris non rarò legibus in significato triplici. 1. Latissimo: pro ipsis rebus immobilibus: ut sunt fundi, hospitia, tabernæ, horrea. *l. 3. C. de pignor. & hypoth. l. 2. C. de servitut. Nov. 65.* & in aliis multis legum textibus. 2. Lato: pro ipsa nimirum alicujus rei proprietate. *l. Imperatores 17. ff. de servitut. predior. rusticor. l. interdum 78. ff. de verb. signif. l. 3. ff. de var. & extrord. cognit. l. 2. C. de probat.* 3. Stricto: pro causa, qua res absque dominii jure detinetur vel possidetur. *l. naturaliter 12. § 1. ff. de adquir. vel amitt. possess. d. l. interdum 78. l. 3. §. fin. ff. ad exhibend.*

6. Sequitur explicatio vocis Synonimica: Possessionis verba æquipollentia, vel quæ unius rei significativa sunt, existimo fore tō tenere & tō habere. *l. fin. in verb. secundum constitutionis modum detinere C. de emancipat. l. cum notissimi 7. § immo. C. de prescript. 30. vel 40. ann. l. cum heredes 23. §. 1. l. seq. in verb. naturaliter tenet. l. si is qui 27. ff. de adquir. vel amitt. possess. l. 15. ff. de R. J. l. 1. §. hoc interdico 38. ff. ne quid in loc. publ.* Dicit autem aliquis, in lege 49. ff. de adquir. possess. possessionem sumi non solum pro facto, sicut detentio, sed etiam pro jure, adeò, ut licet ego rem teneam, non eam verò eo ipso statim possideam. Velu-
ti

ti servus & pupillus, quorum unus propter absentiam legitimi consensus, *l. 1. § pupillus 13. ff. de adquir. vel amitt. possess.* alter ob impedimentum servitutis, *l. quod servus 24. d. tit.* possidere nequeunt, etiam si benè detinere. *d. l. 49.* Verum hic fortè responderi posset, quòd eo modo, quo possideo, utique etiam detineo, si naturaliter tantum possideo, naturaliter tantum detineo, si civiliter possideo, civiliter quoque detineo. Ideoque servus & pupillus, cum ille præsente servitute, hic autem absente tutore civilem possessionem acquirere non possint, naturalem interea acquirunt. Nec video, quâ ratione contradictionibus in legales textus impingam dicendo, me possessionem detinere mente sive civiliter *l. qui universas 30. §. quid per colonum 5. ff. d. tit.* Cum verbo & detinere non solo proprium est significare, rem corporali tactu apprehendere, *d. l. 30. l. legis. 4. in verb. jure dominij detinere. C. qui bonis ced. poss.* Quamobrem conjecturandum mihi est, quod dum in *d. l. 49.* possessio & detentio sibi invicem opponantur, una sumatur de naturali, altera de civili possessione. Unde non absolutè & in sese diversa forent possessio & detentio, sed tantum ex accidenti & respectu tum personarum possidentium, in quibus aliqua latere potest qualitas, quæ possessionem civilem expellit, tum modorum, à quibus denominari solent.

7. Definitio: Possessionem ferè communiter ita describunt. Possessio est jus retinendi & insistendi rei. Quam ut mihi aliqua ex parte suspiciosam retineat, quicumq; voluerit, ego relicta illa cum Wesenbecio hanc admitto, qua possessio est rei corporalis detentio cum animo affectioneve possidendi.

8. Huic definitioni præmissæ subjiciamus oportet possessionis definitæ divisionem, quæ desumenda venit à subjecto vel ab Objecto.

9. Subjectum possessionis est homo intellectum habens legitimum, qui pro diversitate possessionum est vel de se talis, vel talis alio accidenti quoquam adminiculo, *l. 1. §. ceterum 9. §. 13. ff. de adquir. possess.* Definitionis isthujus vitium ex eo demonstrari vix potest, quod non ubique cum suo definito reciprocabilis esset, siquidem genus minus satis differentia contractum.

laxitate sua superaret speciem. Ratio, quoniam hoc modo
tam civis Romanus seu persona libera possidere concederetur,
quam etiam persona servilis. Dico tamen, absurdi quid non esse,
non contra servitutis naturam, neque repugnare legibus, ser-
vum in eorum, qui possessionis capaces sunt referri ordinem,
imò legibus assentire, l. 1. §. 1. l. quod servus 24 ff. de acquir. vel a-
mitt. possess. l. non statim 8. ff. de pecul. l. sive autem 9 §. si servus. 6.
ff. de publ. in rem act. l. 3. §. 1. l. si heres 11. & tot. tit ff. de statulib.
§. actiones 10. Inst. de action. §. praterea 4. Inst. quod cum eo qui in
alien. potest. Licet enim servus ut supra dictum, non possideat,
eum in finem, eoque animo, ut dominus fiat, d. l. 24. & l. 49. ff. de
acquir. vel amitt. poss. naturaliter tamen & animo habendi rem
ea conditione, qua habere potest.

10. Hujus subjecti respectu possessio duplex est *Justa &
Injusta*.

11. *Justa* possessio est detentio alicujus rei corporalis
absque fraude bona fide constans. Et hæc iterum est vel natu-
ralis solum, vel civilis solum, vel naturalis & civilis simul.

12. *Justa* possessio naturalis solum est, qua rem aliquam
tenemus, non quidem animo habendi dominium, sed alio, ea-
sa tamen propria, qualis est, quando propter securitatem &
cautionem sui debiti creditor voluntate debentis, aut eo invito
judiciale vel extrajudiciale in bonis ipsius hypothecam,
sive pignus constitutum habet, l. 3. ff. de pign. action. l. quaecumq;
13. §. interdum de publ. in rem act. l. communi 7. §. neg. 11. ff. Comm.
div. l. 2. C. de hered. action. l. si servus 22. §. 1. ff. de noxal. action. l. 3.
§. fin. cum l. seq. ff. ad exhib. Cujac. lib. 18. cap. 24. Item si propter
usum fructum aut usum, usufructuarius aut usuarius in domi-
norum prædiis & fundis sunt, l. 3. ff. de usufr. §. 1. & 2. Inst. de usu
& habit. quando commodatarius, rem commutato, §. 2. Inst.
quib. mod. re contr. depositarius rem deposito, §. 3. Inst. eod. l. 2. ff.
pro hered. servus à domino peculium, §. actiones 10. Inst. de act.
l. 4. & 8. ff. de peculio, possidendum accepit. Hi omnes inquam
& alii id generis puta Vasallum, Emphyteutam, Superficiarium
possessionem non civilem, quæ remanet apud ipsum domi-
num, sed naturalem obtinere dicuntur. tit. 2. §. 3. tit. 10. 12. lib. 1. F.
tit.

tit. 8. §. ult. lib. 2. F. l. penult. §. 1. vers. sed & qui veltigalem ff. qui sã
tis d. cog. l. 3. l. quicunq; 7. l. jus u. C. de fund. patrim. & l. 1. in fin. in
verb. emphyteuticariis possessoribus C. de mancip. & Colon. l. 1. in
fin. ff. si ager veltigal. l. 1. §. 1. vers. & quia melius est §. 2. vers. neque
exigit. ff. de superfic. de Vasallo & Emphyteuta vide post alios
Joban. Borch. in Comment. ad tit. de acquir. poss. cap. 2. n. 13. pag. 63.
fac. 2. & pag. seq. In sequestro irregularitatem ego in hac parte
libenter agnosco, & quicquid alii negent, quicquid alii affir-
ment de possessionis quæ juris est, in eum à litigatoribus trans-
latione, ob textus claritatem motus indifferens sum, pro certa
conditione tam affirmantium quam negantium adscribendo
parti. Negantium, si non intervenerit expressa voluntas liti-
gatorum: affirmantium autem illa interveniente, l. interesse 39.
ff. de acquir. vel amitt. possess. secundum quam generalitas, l. li-
cet 17. §. fin. ff. depositi. temperari debet, Dn D. Foman. p. m. disp.
Inst. 20. eb. 7. lit. g. in not. Affirmamus itaque possessionem juris
aliquando in sequestrum transire posse. Attamen his ipsis in-
ferre nullo pacto facile est, ergò sequester habet animum ca-
ptandi dominium, vel ergò possessor sequestrarius rei seque-
stratæ fit dominus. Etenim etiamsi possessionis civilis effectus
is sit, ut dominium procreet, obstat tamen in hoc nostro seque-
stro impedimentum aliquod, quò minus Effectus hic produci à
sua causa facile possit, quod est rei alienæ scientia, litigatorum
que dissensus. Mens enim illorum esse non præsumitur hanc
possessionem in sequestrum transferendo sibi nocere velle, sed
nolle proficere: Nocerent verò sibi, si sequester depositæ rei do-
minus fieret, sibi prospicerent, si possessio juris in eum non
transiret, cum usucapio, quæ per tempus dominium adjicit,
cursum absolvere posset.

13. Justa possessio civilis solùm est, qua quis ex legitima
adquirendi domini causa vel titulo, l. 3. §. genera 21. ff. de acquir.
vel amitt. poss. §. si quis 35. Inst. de rer. divis. rem acquisitam pos-
sident opinione mente cogitationeque domini, l. si servus 22. §. 1.
in verb. non tamen opinione domini ff. de noxal. action. l. quicunq;
13. §. 1. in verb. ut credat se dominum esse ff. de publ. in rem action.
l. penult. vers. cum igitur in verb. cogitatione domini C. de furtis. l.

ffo

65
stipulatio ista 38. §. hac quoque. 7 ff de V. O. naturali possessione rei apud alium constituta. Sicut ex præcedenti thesi colligere est.

14. Justa naturalis & civilis possessio simul, est illa, qua quis rei justo titulo bonaque cum fide nactæ non modò dominium vel verum vel putativum, sed & possessionem tam civilem, quæ juris, quam naturalem quæ facti plurimum est habet, qualem puta naturalem g. v. debitor habere cœpit postquam solutum est ab eo jus hypothecæ vel pignoris, l. debitor 40. §. fin. ff. de pignorat. action. aut reali solutione, quæ fit vel per numerationem & oblationem debiti, l. item 6. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solv. l. si priusquam 8. C. de distr. pign. vel per acceptilationem, l. 1. §. 1. t. ff. de acceptil. aut alia satisfactione, quæ loco solutionis cedit, l. satisfactio 52. l. solutionis 54. ff. de solut. §. liberat. l. 4. §. 5. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solv. Quam item dominus habere capit usufructu finito vel tempore, §. 3. Inst. de usufr. vel cessione, d. §. 3. quam dominus aperto feudo vasalli morte, tit. 12. feud. 2. vel ejus delicto, tit. 5. Feud. 1. quam deponens restituta re deposita, §. 3. Inst. quib. mod. re contr. quam commodator restituta re commodata, §. 2. Inst. d. tit.

15. Injusta possessio est rei alienæ, vel factò quidem suæ, jure verò alienæ (quæ mihi hoc loco synonyma sunt, l. 16. §. seq. ff. de acquir. vel amitt. possess.) læsa per malam fidem conscientiam, l. si fur. 32. §. 1. ff. de usucap. l. qui fundum 7. §. qui bona fide 4. §. seq. ff. pro emptore, l. item veniunt 20. §. petitam. ff. de petit. hered. l. 2. C. eod. cum animo habendi, l. qui jure 41. ff. de acquir. vel amitt. possess. constans detentio, l. cum heredes 23. ff. d. tit. l. stipulatio ista §. habere ff. de V. O. Possessorem autem injustum facit non tam aliena res (sive publica sive privata, sive sacra sive profana sit) quam mala fides circa rem alienam existens; cum quis etiam rem suam propriam mala fide possidere possit, §. aliquando 10. Inst. de obligat. quæ ex del. nasc. Quæ mala fides in possessionum acquisitione sola nunquam est, sed semper cum titulo quodam aut factò conjuncta reperitur.

16. Mala fides conjuncta cum titulo est in eo, qui possessionem rei per modum aut causam aliquam aliàs ad transferen-

rendam possessionem habilem, à non domino vel eo, cui etiã
dominus sit, jura tamen administrandi alienandiq; seu ratio-
ne sui ipsius seu ratione illius, in quem alienare cupit, faculta-
tem ademerè sciens nanciscitur, § 2. *Inst. quib. alien. licet l. si ab eo*
12. ff. de usucap. & l. si sciens 26. ff. de contrab. emt. vendit. argum.
à contrario sensu deducto in §. si quis 35. Inst. de rer. divis. 201. tit. ff.
& C. de donat. inter vir. & uxor. Unde 1.

17. Concludimus, eos omnes qui non solum à malæ fidei
sed etiam à bonæ fidei possessoribus rem alienam ut alienam,
h. e. scientes alienam esse vel donationibus, vel emtionibus, vel
aliis modis adquisiverunt, mala fide possidere, adeoque sic pos-
sidere, ut nūquam, neque statim, neque successivè boni, veri, ju-
sti, perpetuoq; jure muniti possessores fiant, aut domini, non
agnitã illa distinctione de jure civili producta, inter tempus
longum & longissimum; quòd in usucapione quidem longi
temporis bona fides ad procreanda jura domini necessarium
requisitum sit, *l. 2. & l. si fraude 6. C. de long. temp. prescript. non*
verò in usucapione longissimi, l. penult §. 1. C. de prescript. 30. vel
40. annor. Illam enim jus Canonicum, quod in hoc puncto juris
civile jus quasi castigans adhiberi omninò dignum est, haud ad-
mittit, *c. possessor. d. R. 7. in sex. C. fin. ubi Dd. extra de prescript.*
Quemadmodum ergò Canonicum jus ab usucapionis benefi-
cio & præscriptionis auxilio repellit non solum eos, qui initio
traditionis in mala fide cõstituti sunt, sed etiam hos, qui cæptò
& durante adhuc præscriptionis actu, rem, quam bona fide
possederunt, alienam cognoscunt, *d. c. possessor, d. R. 7. & C. fin.*
cum c. vigilantis. de prescript. ita jus civile jubet eos legitimos,
idoneosq; ad usucapiendum possessores esse, qui modò justum
& inculpabile possessionis initium habuere. §. *diutina 12. Inst.*
de usucap. l. 2. ff. pro emtore l. bona fidei 49. ff. de acquir. rer. domin.
Non obstat quod possessio, quæ prodesse cæperat ipsi defuncto,
in hærede sive bonorum possessore, qui hæredis loco est, *l. præ-*
tor 117. ff. de R. 7. continuetur, adeò ut licet hæres mala fide la-
borans sciat rem à defuncto possessam alterius esse, sufficiat
nihilominus ipsi, ad usucapionis in re continuationem, quod
is, in cujus jura succedit, primordia justa possidendi fecerit. *d. §.*

22. Nam si strictum jus, ejusque rigor hic attendi deberet, omninò dicendum, quod sicut in emtoribus, donatariis ac aliis initiale tempus sive traditionis inspiciamus, *l. Pomponius 13. §. quæsitum ff. de acquir. vel amitt. possess. l. 2. pro emtore.* ita non minus in isto hoc hærede. Ratio juris hæc datur, quoniam est alia possessio defuncti, alia hæredis: etenim possessio est illud, quod in facto consistit, *l. 1. §. 1. de acquir. possess. quale non transit ad hæredem ceu reliqua jura, l. cum hæredes 23. ff. eod.* Quamobrem defuncti morte possessione interrupta, simul usucapio juxta stricti juris imperium interrupta videtur, *l. natura 5. ff. de usucap. & nova rei apprehensione ad usucapiendum opus est, l. eum qui 23. §. si autem, & l. sine possessione 25. ff. d. tit.* quam si non comitatur bona fides in iusta putatur, *l. qui fundum 7. §. qui bona fide, ff. pro emtore, & usucapionem impedit d. l. 7.* Sed æquitas, quæ in hærede stricto juri prævaluit, contrarium svasit, cum iniquum planè foret, ut qui jã aliquod tempus justè possedisset, vel ipse vivens, si rem amittat sive possessione excidat, non possit eam recuperare, vel si moriatur, hæres ejus id non possit. Idè in favorem ipsius introducta est actio Publiciana, *§. sed ista, Inst. de action.* in favorem autem hæredis à prætore concessum est jus accessionis, quod Scævola ait, in sola equitate consistere, *l. de accessionibus, 14. ff. de divers. tempor. præscript.* Nec tamen ista æquitas in hærede nuda vel sine colore quodam juris est, cum is eadem cum defuncto persona censetur, *Nov. 48.* Est igitur hoc non diffitendum, hæredem etiam nunc haud aliter atq; apprehensione naturali possessionem rerum hæreditariarum consequi, verum illud, quod actui à defuncto ad præscribendam rem utiliter ac bona fide capto mors ipsius naturalè possessionem interrumpens quid noceat, quæ si non nocet, verum magis magisque usucapionis jura in hæredem transmittit, ac utriusque tempus præscriptioni definitum copulet, hæredi mala fides obesse non potest: & sic licet argumentari. Si mala fides interveniens actum præscribendi non tollit ac annihilat usucapionis jus in ipso defuncto, nec tollet id ipsum in hærede à defuncto in eum transfusum atque transmissum. Sed prius fundatur ut verum in *l. 48. ff. de acquir. rer. dom.* ergò posterius
eva.

evadit indubitatum ex §. diutina 12. Inst. de usucap. Ratio connexionis est, cum defunctus & hæres pro eadem habeantur personâ, & hujus representet personam illius. 2. Concludimus, eum qui à pupillo sine tutoris, aut prodigo sine curatoris autoritate atque consensu rem emptam solutam sive donatam, habet in mala fide constitui, §. 2. Inst. quib. alien. lic. l. si sciens 26. & seq. ff. de contrab. emt. vendit. 3. Concludimus, uxorem à viro vel ab uxore virum rem dono datam mala fide possidere, tum quia prohibita est donatio inter virum & uxorem, tot. tit. ff. & C. de donat. inter vir. & uxor, tum quia conjux ex donatione conjugis quod possidet, pro possessore possidet, l. quod uxor 16. ff. de acquir. vel amitt. possess. pro possessore verò qui possidet, mala fide possidet, l. pro hærede 11. §. ult. ff. de hæred. petit. §. adipiscendæ 3. vers. pro possessore Inst. de interd. Idque non obscure colligendum est ex l. si uxor 19. in verb. idg. bona fidei possessoribus ff. de donat. inter vir. & uxor. l. per servum 57. ff. de acquir. rer. domin. Bocer. class. 5. disp. 2. n. 14. in not.

18. Ex his ergò patet, ut bona fide aliquis possideat, non sufficere legitimam causam sive titulum ad quarendam possessionem idoneum & jure probatum, nisi præter illum etiam adsit illæsa in acquirente rem alienam scientia; quam enim qui non habuerit, illi parum, imò nihil prodest causæ, ex quâ possidere cœpit, bonitas; quin potius affirmaverim hanc ipsam bonitatem causæ accidentaliter in vitium verti atque malitiam.

19. Accidit autem aliquando, ut ab initio sine fraude dolove malo rem possessam, demum ex post facto mala fide possideamus. l. bonæ fidei 48. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. §. si quis 35. Inst. de rer. divis. quæ verò, quoad acquirendum continuatione possessionis dominium injustum possessorem non reddit, l. alienam 13. ff. pro emptore d. l. 48. Sed tantum ratione fructuum à tempore malæ scientiæ perceptorum, tam consumtorum, quàm etiam adhuc extantium, quos omnes ut quilibet alius malæ fidei possessor, integros aut salvos aut æstimatedos fundi, de quo percepit, domino reddere jubetur ex d. l. 48. & d. §. 35. Et hæc vera sunt jure veteri, non ita jure novo: Rationem verò cur

B 2

aliud

65
aliud obtineat jure veteri, aliud jure novo, refert *Wesemb. in para-*
tit. ad tit. de usucap. n. 15. Idem obtingit in possessione naturali:
Nam si commodatarius elapso convento tempore, *l. in commo-*
dato 17. §. sicut autem ff. commodati, rem commodatam suo vero,
à quo utendam accepit, domino restituere nolit, sed usu rei
possessionisve ipsum defraudet, mala fide possidere cœpit. *l. si*
rem 47. ff. de acquir. vel amitt. possess. §. 1. Inst. de obligat. qua ex
del. nasc. l. si is cui 71. ff. de furtis. Mala fide possidere cœpit
etiam is, cui precario res data est, postquam ejus restitutionem
repetenti domino denegat, *l. communi 7. §. Julianus ff. comm. di-*
vid. l. 1. in princip. & §. perpetuo ff. uti possid. l. si quis diuturno 10.
in fin. ff. si serv. vind. l. 1. in princ. & l. sed si vi 14. ff. de vi & vi
armat.

20. Mala fides cum facto conjuncta est in eo, qui rem
quandam mobilem & immobilem factò ad dominium sive
possessionem acquirendam prorsus inhabili & ineptò possi-
det. *Factum illud est vel violentia, vel sine violentia.*

21. Factum violentiæ est illud, quò res invito & coacto
domino armata plerumque manu si mobilis est, abripitur, sin-
immobilis, occupatur. Et hoc fieri solet à prædonibus sive la-
tronibus, qui in viis publicis furtivè circumambulando telis,
aut aliis armorum generibus homines peregrinantes hostili
animo invadunt, in vasosque spoliant, vel effringendo alienas
sedes sibi vi appropriare student, dominis genuinis præsentibus
ejectis, *l. 3. §. etsi 9. l. si quis 17. ff. de acquir. vel amitt. possess. aut*
cum abfuerint, redeuntibus armorum metu repulsis atque se-
motis, d. l. 3. §. 6. & l. 1. §. sive autem 24. ff. de vi & vi arm. Non-
minus & ille violento facto possidet, qui vi metivè aliquem
coegit, inire secum contractum emtionis, venditionis, aut
alium, quo ejus ad alterum transire possessio dominiumque
potest, *tot. tit. ff. & C. quod vi metusve causa gest.* Nam utcumque
talem vim juribus improbatam inferens ex justa aliqua in se
considerata causa possidere censetur, & quidem ita, ut absque
restitutione prætoriam fiat non modò possessor, sed etiam omni-
nò dominus, *l. 1. C. de rescind. vend.* attamen hæc ipsa causa non
trahit originem suam ex legitimo justoque principio, puta con-
sen-

sensu, qui coactionis expertus, & ab omni vi liber est. Factum sine
violenſtia, est illud, quo res aliena clam dominò, qui si sciret, et-
iam invito, invitò tamen præſumptivè tam præſente quàm ab-
ſente aufertur, vel occupatur absque armorum usu, *l. clam possi-
dere 6. ff. de acquir. vel amitt. possess.* quod in re mobili commif-
ſum est furtum, *l. verum est 25. ff. de furtis §. quod autem 7. Inst. de
usucap. in re soli sive immobili commissum invasio, §. 1. Inst. de
vi bon. rapt. aut clandestinus ingressus, d. l. 6. de acquir. vel amitt.
possess. d. §. 7. Inst. de usucap.*

22. Noſtra fuit hætenus inſpectio poſſeſſionis circa il-
lius ſubjectum, cui in hæret, objectum, cui adhæret, nunc ordo
requirit, ut contemlemur.

23. In tali autem re conſiſtit poſſeſſio, quæ capax eſt ac
habilis ad poſſidendum. Hæbilis ſive capacitas illa ſuum fun-
damentum hæbet in jure commercii, *princ. Inst. de inutil. stipul.*
quod quarum rerum non eſt, illarum quoq; nec illa nobis poſ-
ſeſſio, ullumque dominium. *§. nullius 7. Inst. de rer. divis. l. usuca-
pionem 9. ff. de usucap.* Ideoque res ſacræ, ſanctæ, religioſæ, liber
homo &c. illam qualitatem atq; naturam foventes ut fugiant
privatos dominos, *d. §. 7. & §. 2. Inst. de inutil. stipul. l. 4. ff. de con-
trah. emt. vendit. poſſideri non poſſunt, l. qui univerſas 30. §. 1. ff.
de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Res ergò ſolæ privatæ ſive ſingulo-
rum, hæbentur pro poſſeſſionis objecto.

24. Cujus objecti reſpectu poſſeſſionem diſpeſco in ve-
ram & Analogicam.

25. Vera poſſeſſio eſt rerum corporalium ſive tangibi-
lium, *l. 3. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Quales ſunt veſtis, aurum,
homo, ædes, agri, *Inst. de reb. corpor. l. 1. ff. de rer. divis.* Analogica
poſſeſſio eſt rerum in corporalium, ut tactus omnis expertium,
inque jure conſiſtentium, *d. princ. Inst. de reb. corporal.* quales
ſunt, ſervitutes, hæreditates, obligationes, actiones &c. Horum
enim jurium cum reverà dentur dominia, *argum. rubr. ff. & C.
de hæred. vel act. vend. l. penult. C. mand.* hæc verò ſine poſſeſſio-
ne oriri nequeant, *l. 1. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. l. 3. ff. de
usucap.* omninò ſequi concluditur illorum quoque fore poſſeſ-
ſiones, etſi minus veras aut proprias, ſecundum quid tamen

85
Ἐκατ' ἀναλογίαν juris ejusmodi, *l. si quis diuturno* 10. ff. *si serv. vind.* l. 3. ff. *si usufr. pet.* l. *ait prator* 23. §. 2. *ex quib. caus. maj.* l. *apparet* 5. §. *penult. in verb. velut longa possessionis* ff. *de itin. act. priv.* l. 2. C. *de servit. l. idem* 35 ff. *de hered. petit.*

26. Succedit inspiciendus modus per quem acquiri potest possessio: hic verò nihil est aliud, quam activa rei substantialis aut intentionalis apprehensio.

27. Duo notari in hac descriptione debent. 1. Quod apprehensio dicatur activa. 2. quod apprehensio sit rei substantialis aut intentionalis. Ratio prioris, quoniam possessio est facti, l. 3. §. 1. l. *cum heredes* 23. ff. *de acquir. vel amitt. possess.* Ratio posterioris, ut intelligatur esse discrimen inter res corporales & incorporales, ac alio modo has, alio modo illas apprehendi. Et corporales quidem, si adeò exiguae molis sunt, ut de manu in manum porrigi possint, traditionibus & oblationibus apprehendi solent, si grandioris ut vires unius in auferendo excedant, ablationibus & amotionibus plurium, aut aliquando etiam symbolo: quod fit traditione clavium, l. 1. §. *penult. de acquir. vel amitt. possess. l. clavibus* 74. ff. *de contrab. emt. vendit.* & custodum adpositione, quippe acervo lignorum aut vino. l. *quarundam* 51. ff. *de acquir. vel amitt. possess.* Immobiliū ut sunt fundi, nos apprehendisse possessionem puto per inductionem tradentis, l. *fundi* 33. ff. *de acquir. possess. l. à Divo* 15. §. *si post addictum* 6. ff. *de rejudic. oculorum* in rem præsentem conjectum, & animi acquirentis assensum, d. l. 1. §. *penult. l. nisi* 25. ff. *de acquir. rer. domin.* Quare si vicinum mihi fundum mercato venditor in mea turre demonstrat, vacuamque se possessionem tradere dicat, non minus possidere cœpi, quam si pedem finibus intulisset, l. *quod meo* 18. §. *si venditorem, vers. aut si vicinum* ff. *de acquir. vel amitt. possess.* Et hæc traditio possessionis, quæ in conspectu fit dicitur fieri quasi manu longa, l. *pecuniam* 79 ff. *de solut.* Atque si rectè sentio, corporalis ejusmodi rei de manu in manum translatio, non tam facere videtur ad acquirendam possessionem (quasi scilicet, non aliter rem aliquam mobilem puta pecuniam possidere possem nisi per corporalem arreptionem & attractum aut immobilem, puta fundum, nisi per pedum insi-

sten-

stentiam, & circumambulationem) quàm ad probationem
ipsius possessionis translata. Satis enim inepta esset hæc illatio,
si ita velim inferre: singula gregis ovium capita non manibus
attigisti, ergò illorum possessionem non acquisivisti: singulas
& omnes terræ glebas non circumivisti: quare partem aliquam
fundi saltem acquisivisti: singulos ædium angulos non perre-
pisti, seu eas nondum introivisti, quí totas ædes aut partem
illarum acquisivisti. Neque verò hæ ipsæ res nudo possunt ad-
quiri affectu seu animo, sed necesse est, ut tradere volens illas
nostris subjiciat oculis: quò facto, si res fuit inspecta, posses-
soris autem consensus in translationem rei possessæ conveniat
tunc possessionis traditio nobis facta fuisse dicitur. *d. l. 18. ff. de
adquir. vel. amitt. possess. l. 1. §. fin. eod.* Res autem incorporales,
quæ ob immaterialitatem nec manu, nec oculis, attingi pos-
sunt, *princ. Inst. de reb. corp. & incorp.* adquirimus æquè traditio-
nibus, *l. traditionibus 20. C. de pactis, l. 1. ff. quibus mod. usufr. amitt.
l. si ego 11. §. 1. ff. de publ. in rem act. l. 1. in fin. ff. de servit. præd. rustic.*
haud tamen iis, quibus res corporales, sed quas, ut adquiramus,
ipsa rei qualitas admittit, juraq; sufficiens existimant, i. e. usum
cum scientia & patientia domini conjunctum, *l. 3. ff. de usufru.
ctu. l. 2. C. de serv. & aqua l. fin. ff. de servit. l. si à te 16. ff. si serv. vindic.*
Proinde si dominus alicui in suo fundo concedit servitutum
eundi, agendi, vehendi per illum, calcis in eo coquendæ, aquã
ex eo hauriendi pro tradente habetur, is verò cui tale jus à do-
mino constitutum est, pro accipiente atque servitutum con-
stitutam eo modo, quò data fuit, *l. 4. §. 1. ff. de servitut.* legitime
usurpando pro possessore, *l. si quis 16. ff. si serv. vindic. d. l. fin. ff. de
servitut.* Unde ne usum, quo tu rem incorporalem possides, vel
ipse dominus, vel alius quidam extraneus impediatur, ex Edicto
Prætoris per æquam interpretationem tibi succurrunt interdi-
cta possessoria, quibus tueri jus tuum adversus quovis modo
turbantem possis. *d. l. fin. ff. de servitut. l. fin. si serv. vind. l. fin. ff. uti
possid. Wesenbec. in parat. ad tit. ff. uti poss. n. 5. Treutl. vol. 2. d. sp. 25
tb. 6. lit. a. in not.*

28. Histandem & hoc addo, quòd in omni possessionis
adquisitione jura non animum solum acquirentis, nec corpus
10.

85
solum, sed ejus utrumque simul conjunctivè nimirum non dis-
junctivè postulent: solo enim animo, aut solo corpore nullius
rei possessio nobis futura, l. 3. §. 1. & 3. ff. de acquir. vel amitt. pos-
sess. l. quemadmodum 8. d. tit. Ratio cur utrumque sit necessariū,
est, quia possessio est occupatio quædam, apprehensio, aut de-
tentio; constat autem ad occupationem & detentionem re-
quiri corpus & animum sive affectionem: Corpus quod atti-
net, intellige non manum semper, ut in rebus mobilibus, aut
pedem, ut in rebus immobilibus, sed qui vicem utriusque susti-
neat, aspectum. Et talis apprehensio rei fiat seu nostro corpore
seu alieno, ut servi, filii, procuratoris, l. 1. §. sed & 6. & seqq. ff. de
acquir. vel amitt. possess. nihil interest. Sed animus ubiq; noster
requiritur, quanquam & alienus, ut concurrat, opus sit, d. l. 1. §.
9. 10. & 20. In retinenda possessione res aliter sese habet. Hic
enim animus retinendi possessionem si superest, etiamsi corpus
absens sit, possessione nostra non periclitabimur. Dictum fuit
ad consequendam possessionem non requiri semper corpus
acquirentis proprium, verum modò suum, modò alienum.
Unde,

29. Ratione corporis proprii & alieni possessio dividi
pötest, in *mediatam* & *immediatam*.

30. *Immediatam* possessionem voco, qua vel jure gen-
tium rem adhuc in nullius dominio existentem, sed in libertate
sua naturali remanentem, l. 1. §. 1. & l. seq. ff. de acquir. rer. domin.
ut animal nondum ab alio captum piscando vel venando, cor-
pus inanimatum inveniendo velut thesaurum sub solo condi-
tum, cujus non amplius extat memoria, & jam dominum non
habet, l. nunquam 31. §. 1. ff. d. tit. vel uniones in mari nascentes
sibi aliquis immediatè, nec interveniente, alio acquirit, aut jure
civili donationibus, venditionibus, solutionibus, stipulationi-
bus, transactionibus, dotisdationibus, & aliis modis nancisci-
tur. Ita verò nactus possessionem ego fuero, si mihi ea vacua
& à nemine occupata, tradatur. Nam, quod quis ipse non ha-
bet, qua ratione illud in alium transferre potest, l. 20. ff. de ad-
quir. rer. domin. Id quod sanè tot legum munimine septum est,
ut nullarum contrariarum objectu convelli benè possit. Suffi-
ciat

ciat saltem unam, vel alteram legem confirmandi hujus asserti gratia adducere, quarum una Lex, *l. quod meo 18. §. venditorum.* altera, *l. si ex stipulatu 5. ff. de acquir. vel amitt. possess.*

31. Possessio mediata quæ sit, è thesi constat ante positâ: Hæc verò est vel mediata ratione rei, vel mediata ratione personæ.

32. Mediata possessio ratione rei est, quâ quis simul cum unâ re possidet aliam, & hanc vel ut concretam, vel ut discretam. Concretam vel accidentaliter, ut possessis territorii possidentur ipsorum jurisdictiones sic opinante Baldo in *l. 3. num. 2. C. ubi & apud quem. Bart. in l. 29. de acquir. rer. dom. Cov. præf. q. 1. n. 10. Men. lib. 3. præsumt. 57.* Possessis ædibus possidentur ipsarum servitutes ipsis aliunde debitas §. 3. *Inst. de servit. prædior.* Possessâ tabulâ possidetur in eâ facta scriptura §. *litera 33. Inst. de rer. divis. Pictura, §. seq. tit. eod.* vel substantialiter & vel naturâ; ut 1. per foeturam: possessio pecore possidetur foetus in utero ipsius adhuc constitutum: §. *item ea 20. Inst. d. tit. 2.* per alluvionem: possessio agro possidentur omnes ad crescentes ipsi terrulæ, *l. adeo quidem, 7. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* vel arte, ut 1. per inædificationem: possessio solò possidetur ipso superinstructum ædificium. 2. per contignationem: possessio ædificiò possidentur ipsi injuncta tigna. 3. per implantationem ac sationem: possessis agris possidentur ipsis insertæ arbores, septa, sementa. 4. per commixtionem, texturam plumbaturam, &c. de quib. accessionibus vide *tot. tit. Inst. & ff. de acquir. rer. domin.* Discretam: ut possessio grege, possidentur singula in eo capita, *l. rerum 30. §. 2. ff. de usucap.*

33. Plures, ut dixi, accessionum species exhibebit *tot. tit. Inst. & ff. de acquir. rer. domin.* Hic modò vulgarem illam distinctionem inter possessionem acquirendam & acquisitam immixtam volui. Nam circa possessionis quam acquisivimus, accessiones nullum occurrit dubium, quin possessor rei principalis sit quoque possessor illius, quod principali rei accedit; circa possessionis autem acquirendæ illud sciendum, quòd non interdum modò, verùm sapissimè pactum aliquod expressum naturam accessorii adeò inversam faciat, ut quod alioquin

C

ra-

65
ratione sui ipsius principale subiectum, in quo sit ac quo me-
diante fieri possit, desideret, hoc nihilominus pacti cujusdam
interventu relinquat. Exemplum ponamus in re incorporali,
qualis est servitus: hæc suâ naturâ nō est, nisi prædium habeas,
in quo hæreat, *l. i. §. fin. ff. commun. prædior.* & citra illius substan-
tiam velut purum aliquod accidens salvari non potest. Quare
si vendideris prædium, servitute quoque vendideris, quæ ab
alio ipsi debetur, atque sic cum subiecto suo ad emtorem transi-
visse eam feceris. Verum quando cum emtore pepigisti, ne
servitus cum prædio ad se transeat, hoc factō est aliud dicendū.
At objicis, quomodo pactum efficiet, ne servitus ad ipsum
transeat; aliàs enim remaneret, id quod fieri ob naturam ipsius,
quoniam accidens est, videtur difficile. R. non esse difficile.
Remanere enim aliquid, intelligi potest dupliciter, absolute &
respectivè. Absolute, si res ita remaneat, ut vel ratione usus,
vel ratione possessionis alienans rei alienatæ copiam stipulati-
onibus aut pactionibus sibi faciat. Ratione usus: si v. g. in
alienatione mearum ædium stipuler ab emtore, ut mihi liceat
eas ad tempus inhabitare, *l. si sterilis 21. §. qui domum. 6. ff. de act.
emt. vend.* Ratione possessionis: si v. g. cum emtore mei fundi
paciscar, ne me prohibeat ex eo lapides cedere, *l. in lege 77. ff. de
contr. emt. vendit.* sterculinum & stramentum abducere, *l. fun-
di 17. §. 2 ff. de action. emt. vend.* in horreis defossa dolia tollere,
l. dolia 76 ff. de contrab. emt. vendit. Cum enim in hoc contra-
ctu emtionis venditionis semper inspiciatur, quid contrahen-
tes invicem pacti sint, *l. qui fundum 40. ff. d. tit. l. in emtionibus 43.
ff. de pactis.* merito pactum semel emtori placitum, modò con-
tra leges non peccet, *l. contra 28. ff. de pactis.* servandum est, *l. qui
fundum 75. ff. de contr. emt. vendit. c. quod semel 21. de R. J. in 6.
2.* Respectivè res remanet, si re principali translata perit omni-
nò h. e. neque remanet penes illum, qui transfert, neque transit
ad illum, in quem rei principalis facta est translatio; remansit-
se tamen illa respectu saltem acquirentis intelligitur: Et hoc
posteriori modò dicimus servitute quoque remanere posse,
prædiorum illa seu rusticorum sit, seu urbanorum. Rustico-
rum: velut habeo duos agros sibi cohærentes, quibus debetur
à

à vicino jus agendi, vehendi, per illum è fundo alterius in meo-
rum utilitatem aquam ducendi: horum agrorum unò puta in-
feriori tanquã agro servienti viciniore venditò servitus omni-
nò perit expressè quodam adhibitò pactò, *l. in vendendo 66. §. 1.*
Et seq. ff. de contrab. emt. vendit. l. 12. ff. commun. predior. Hæc
servitus in agris meis activa neque remanet apud me. 1. quo-
niam inferior ager qui veniit, intermedium serviendi jus secum
trahit, *d. l. 66. Et seqq. d. l. 12.* 2. quoniam est contra naturam ser-
vitudinis istius, ut proficiat illi fundo, qui per interjectionem al-
terius à fundo servienti distinctus est, *l. ergò 5. §. 1. l. qui sella 7. §.*
fin. ff. de servitut. predior. rustic. l. Mela ait 17. §. quidam 3. vers. Nã
& haustus, ff. de alim. legat. l. si quis 13. ff. quemadm. servit. amitt.
neque transit ad emtorem, quoniam expressà conventionem
fuit excepta, *d. l. 67. ff. de contr. emt. vendit.* Urbanorum: ut ven-
do meas ædes, è quibus mihi vicinus prospectum constituit in
ædes suas, hortum aut aream suam: hoc jus prospiciendi pacti-
onibus possum in venditionis contractu emtori ædium mearum
dominantium adimere atque vicino meo remittere, *d. l. 67.* Ex
iis verò rebus, quæ sine principali nequeunt esse, adeoq; non
nisi in eo reales existunt, picturam excipias, quæ non attentã
suã naturã ut tabulam sibi faciat accidentalem, ob ejus excel-
lentiam ac pretii, quod in ea fingitur eminentiam à plerisque
conclusum est, *§. si quis 34. Inst. de rer. divis. l. quæ ratione 9. §. 2. ff.*
de acquir. rer. domin. l. in rem actio 23. §. 3. ff. de R. V.

34. Mediata possessio ratione personæ est, qua quis non
per sui ipsius, sed interventum alterius rem jure vel gentium,
vel civili quæsitam possidet, *l. acquiruntur 10. ff. de acquir. rer.*
domin. rubr. Inst. per quas person. cuiq;.

35. Illa persona, vel in potestate nostra est, vel extra po-
testatem nostram: quæ in potestate nostra est, vel est in ea jure
dominii, vel jure paternitatis. In potestate nostra jure domi-
nii sunt servi servæve, *l. potestatis 215. ff. de verb. signif.* qui quic-
quid acquirunt, modò justis titulis, *l. quod servus 24. ff. de acquir.*
vel amitt. possess. puta stipulando sive suo, sive nostro nomine,
sive impersonaliter, *§. 1. Inst. de stipul. serv. l. 1. ff. eod. & aliis modis,*
qui jure civili probantur, cum illi possidere tanquam possessi,

65
nequeant *l. adquiruntur 10. ff. de adquir. rer. dom. §. item nobis 3. Inst. per quas person. cuiq.* id omne suis dominis adquirunt, §. 1. *Inst. §. l. 1. §. 2. ff. de his, qui sui vel alien. jur. ad eod.* ut ne momento quidem civiles possessores sint, *l. placet 79. ff. de adquir. hered.* cum civiliter mortuis æquiparentur, *in l. penult. ff. de R. 7.* In potestate nostra jure paternitatis sunt liberi nostri non solum naturales vel nativi, sed etiam civiles, vel à lege dativi seu adoptivi, *princ. Inst. de adopt. l. 1. ff. eod.* Cæterum hic acquisitionis ratione planè magnum intercedit discrimen inter filium & servum. Etenim licet filius familias etiam parenti suo possessionem rerum tradatarum acquirat, §. 1. *Inst. per quas person. cuique adquir. §. d. l. 10. ff. de adquir. rer. domin.* non tamen indistinctè omnium, uti servus. Bona quidem è negotiis ac rebus paternis proficiscentia quod attinet, in iis acquirendis cum servo filium æquali frui sorte non nego *propter §. 1. Inst. d. tit.* verùm cum ultra hæc filio quædam alia extrinsecus advenire soleant, non solum è largitatibus maternis, cognatorum, & extraneorum, sed etiam è labore suo militiæ togatæ vel bellicæ parta, ideò ratione talium sortem longè meliorem ac uberiorem quàm servi, filius à lege nactus est. Hæc enim omnia tam quoad dominium, quàm quoad possessionem, apud ipsum filium salva resideere voluit Justinianus *in d. §. 1. Inst. per quas person. l. 6. & 8. cum auth. excipitur C. de bonis qua liberis l. 2. ff. ad SCtum Maced. l. ult. ff. ad SCtum Orphit.*

36. Personæ quæ extra nostram potestatem positæ nobis possessionem adquirunt, illæ sunt omnes extraneæ, & vel liberi homines, vel servi alieni.

37. Per servos alienos, quorum scilicet usumfructum & usum habemus, aut qui nobis bona fide tanquam servi proprii operas suas ac servitia præstant, ex tribus potissimum causis adquirimus, 1. *ex re nostra*, 2. *ex ipsorum operis*, §. *de iis autem 4. Inst. per quas person. cuiq. acquir. l. 10. in princ. & §. 3. l. liber homo 19. ff. de adquir. rer. domin.* 3. *ex persona nostra*: puta si ab aliquo contemplatione nostri hæredes instituti aut legatarii facti sunt, *l. si servi 21. & seq. ff. de usufr.* Extra has causas à servis quæ sita fiunt dominorum apud quos illorum est proprietas, *d. §. 4. & d. l. 10. §. 3*

Li-

Liberæ personæ, quorum intermediò rerum possessionem apprehendimus, aut privatæ sunt, aut publicæ. Privatæ sunt, vel omninò liberæ, vel liberæ saltem ratione servitutis, *d. l. liber homo 19. ff. de acquir. rer. domin. d. §. 4. vers. quid enim. Inst. per quas person.* servæ autem ratione fiendarum ac præstandarum operarum, *l. adquin 19. §. libero 2. ff. de negot. gest.* Hæ perinde nobis ut veri servi ex tribus prædictis causis acquirunt, *d. §. 4. vers. idē placet. & dd. ll. 10. 19.* Personæ omninò liberæ tam ratione servitutis, quàm ratione operarum servilium illi sunt, qui vel jussu publico, vel jussu privato nostra gerendo procurandoque negotia possessionem nobis acquirunt: & quidem jussu publico, ut ratione tutelæ tutores, ratione curæ, curatores, *l. 1. §. 20. ff. & l. 3. C. de acquir. vel amitt. possess.* jussu privato vel expresso, ut procuratores, *l. 1. ff. de procurat. & d. l. 1. §. 20. l. communis 42. §. 1. ff. d. tit. l. 2. C. eod. l. ad comparandas 16. C. mandat.* vel tacitò seu à lege præsumtò, ut negotiorum gestores, *l. 2. ff. de negot. gest. §. 1. Inst. de obligat. que ex quasi contr. nasc.* quales omnes sunt illi, qui dominis expressè non jubentibus, *d. l. 2. & d. §. 1.* sese ipsorum administrandis negotiis utiliter ac bona fide, *l. 10. 11. & 18. d. tit.* profituunt.

38. Sicut autem nostri liberi, servi, tutores & curatores nobis non modò scientibus, verùm etiam ignorantibus acquirunt, ita quoq; nihil impedire videtur, quò minus acquiramus per procuratorem, ignorantia nostra circa hoc vel illud acquirentis rei individuum particularis, *l. 1. C. acquir. possess. §. ex his itaq; Inst. per quas person. cuiq; acquir.* Etenim eo ipso quo procuratorem constituimus, v. g. omnium nostrorum bonorum, etiam unà nos hoc velle intelligimur, ut omnes res occasione suscepti mandati, quibus vis modis aut titulis nostro nomine justè quæsitæ ab ipso, & per ipsum in nostram cadant possessionem, *l. 1. §. 20. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. qui proprio 46. §. procurator 4. l. procurator 58. ff. de procurat.* Esset enim molestum ac nimis iniquum esset, ut ad singulas acquisitiones dominus nova deberet interponere mandata, quodque semel in genere mandasset, idem in specie de novo mandare deberet. Etiam si hoc verum maneat, quòd alienæ rei usucapio non prius, quàm à die noti-

65
sive ipsius domini currat, *d. l. 1. C. de acquir. possess. l. possessio 49. S. fin. ff. eod.* Ut enim dominus usucapiat ignorans, *l. Labeo 8. ff. de usucap. tantum in rebus peculiaribus receptum est, l. si emptam 47. ff. eod. l. 2. §. Celsus 11. ff. pro emptore.*

39. Facit ergo, ut per alium adquiramus, in servo dominium, potestas in filio, in extraneo mandatum. Est autem in servo notandum, quod ad possessionem acquirendam, præcipue quidem spectetur dominium, sed tamen & possessio, quâ niti- tur dominium, tanquam fundamento requiratur. Unde duæ oriri possunt quæstiones. 1. Utrum servus pignori datus debitori vel creditori possessionem adquirat, an verò neutri, 2. Utrū fugitivum servum dominus possideat, & si possideat, an per eū adquiratur domino. Quod primum attinet, illam decidit Paulus in *l. 1. §. per servum 15. ff. de acquir. vel amitt. possess.* respon- dens, per servum pigneratum possessionē adquiri non debito- ri, quia servum naturaliter non possidet; naturalem enim servi possessionem in creditorem suum transtulit, neq; creditori, quia servum non possidet civiliter seu animo domini; Civilem enim possessionem atq; dominium debitor ipse retinuit. Quæ- vis autem adquisitio sive domini, sive possessionis, sive obliga- tionis & actionis, quoad servos, fundatur maximè dominiō, *d. l. 1. §. item adquirimus ff. eod. tit.* Inde concludit, quod servus hic neq; debitori neq; creditori possessionem adquirere possit, illi, propter absentiam possessionis, huic verò propter absentiam domini. Secundæ quæstionis decisio potest desumi, *ex d. l. 1. §. 14.* ubi Nerva quidem negabat per servos in fuga morantes pos- sideri posse, forsan ob rationem à simili, quia nimirum aliæ res mobiles, & etiam pecudes desinunt à nobis possideri simul atq; naturalem ipsorum possessionem amiserimus, ita ut etiam si ve- limus, eam recuperare nequeamus, *l. 3. §. Nerva 13. ff. de acquir. vel amitt. pssess.* sed tamen utilitatis causa movit Pomponium, ut aliud in servo pronunciaret, *l. 13. ff. eod.* ne scilicet domini in custodiendō servo quotidianam ferre deberent molestiam, & ne servus invitaretur ad delinquendum, quod sanè fieret, tūm permetteretur ipsius arbitrio se dominum, quando vellet, pos- sessione privare.

40. Personæ publicæ illi sunt, qui authoritate Magistratus quem gerunt, possessorem aliquem faciunt. Atque id ipsum fit, quando gratiâ verbi vel debitore in solutione creditori, qui pignus habet, præstandâ morosô, post trinam denunciationem ad luendum debitori factam, ob moram ipsius creditor iudicem adiit rogatum, ut sibi facultatem concedat rem pignori datam aut distrahendi, aut, si nemo talem empturus veniat, ut ipse pro debitô suô retinere possit. Quibus petitis à Iudice impetratis, cum fortè rei pretium majus sit quàm æs debitum, pars pretii, quæ penes creditorem vacans est, debitori redditur, & contrâ possessio atque dominium oppigneratæ rei ad creditorem transfertur, *l. fin. C. de jur. dom. impetr.* vel vicinô, cujus è ruinosis ædibus futurum vicinis esse damnum timetur, ad iudicem ut de damno infecto caveat, citatô latente, nec coram ipsô contumaciter apparente vicinus seu actor jussu iudicis in possessionem ædium harum legitimis modis inducitur, *l. si finita 15. §. ex hoc edicto 11. §. 1. tit. ff. de dam. infect.* Nolo me hîc illius controversiæ, quæ inter Glossographos de causato vel effectu secundi missionis in possessionem decreti fuit mota, fieri participem. Quamvis id ipsum juris certissimi, quod actor adiutore secundô decretô rerum non modô possessionem, sed & dominium nancisci possit, non obstante quôd prætor non faciat dominum, *§. 1. Inst. de bon. poss.* nec obstante illô, quod *ex d. l. 15. §. 16. §. 1. 44 ff. de dam. inf.* objicitur. Est certum, actorem in possessionem inductum fieri dominum usucapione; certum etiam est dominum fieri actorem eô statim momentô quô possessionem Iudicis jussu per cômunicationem secundi decreti est ingressus, *l. sed si §. ff. comm. div.* at quod inde contrarium? quæ contradictio quæso? leges hîc diversa loquuntur; ergò non sunt de uno & eodem arripiendæ. Sed

41. Pergemus, & cum inquisivimus hætenus in possessionis naturam ratione tum objecti, cum subjecti, brevibus quoq; modos possessionem adquirendi adduximus, insuper modos illam retinendi vel amittendi adhuc paucis attingemus.

42. Modus autem retinendi possessionem est vel naturalis, vel civilis, vel prætorius.

43. Modus retinendi naturalis est rei corporalis inhærentia, *l. si id 25. ff. de acquir. vel amitt. possess.* quâ quamdiu possessionem corporaliter obtinemus vel obtinere fingimur, etiam si animum possidendi abjecimus, adhuc tamen aliquam in nobis affectionem possidendi præsumit, *l. quemadmodum 8. ff. de acquir. vel amitt. possess.* Modus retinendi civilis est, iuxta voluntatis nostræ habendi rem constantia: qua corpore possessionē relicta animo nostro tenemus, *l. 4. C. de acquir. vel amitt. possess.* Non enim cogimur acquisitæ rei ad retinendam illam singulis horis omniq; momentò quasi captivi ac glebis affixi inhære, *l. 3. §. quod si servus ff. eod. d. l. 4. §. l. fin. C. eod.* quod nec fieri posset atque repugnaret libertati civis Romani juriq; gentium, ut loquitur Giphani, *in summ. ad d. l. 3. n. 62.* Modus retinendi Prætorius est, æquum Prætoris ex Interdicto tutamen, quò gaudere possunt, vel ii, qui autoritate judicis in possessione collocati, *l. 1. §. 1. ff. ne vis fiat ei qui in possess.* §. 4. *Inst. de interd.* vel ii, qui aliàs nec vi, nec clam, nec precariò ab adversariò illam adepti fuerunt, *d. §. 4. vers. nam uti possidetis Inst. d. tit. l. 1. §. perpetuo 5. §. l. seq. ff. uti possidetis.*

44. Modus amittendi possessionem est itidem vel naturalis, vel civilis, vel prætorius.

45. Modus amittendi naturalis est corporalis rei ablatio, *l. rem que 15. ff. de acquir. vel amitt. possess.* quæ est vel invita, vel coacta: invita vel casualis, vel causalis. Ablatio rei invita casualis est, quando res aliqua non consentientibus, ac nullam causam ablationis præbentibus dominis vel possessoribus ipsorum esse desinit. Quæ tunc fit, cum animalia nostra morbo pestiferò intereunt, *l. 23. ff. de v. signif.* agri nostri furore fluminum exundantium abrepti aliorum transferuntur, aut in suo loco relicti aquarum magnitudine suffocantur, *l. 7. §. 2. ff. de acquir. rer. domin. l. 3. §. Labeo 17. ff. de acquir. vel amitt. possess.* ædes nostræ hiatu terræ corruunt, aut igni elementari pereunt. Ablatio rei invita causalis est, quando rem ob possessoris negligentiam atque securitatem amitti contingit; quæ tunc fieri intelligitur, cum res furtò, igne focario, luporum aut aliorum brutorum devorantium astutis insidijs auferuntur, animal indomitum.

effractâ leviter munitâ custodiâ fugâ arripuit, se in naturalem
in quâ fuit antè, libertatem sese recepit. Licet enim & harum
rerum jactura nobis casu interdum obveniat, eò tamen haud
dubiè, quem nostra culpa præcessit. At hîc objicies, me dixisse,
ad retentionem possessionis non requiri semper naturalem ali-
quam comprehensionem, sed sufficere, si animus possidendi
non abjectus sit. Imò jam nunc dico, quod sufficiat animus; ve-
rum non omni prorsus exclusâ facultate sive *divæ pēs* rem ad-
prehendendi si volueris. Quamobrem concedo utiq; te possi-
dere rem etiam absentem, si possessionem illius non animo tuo
rejecias, modò fruaris arbitriò illò, ut cum aliquando libuerit,
rem actu comprehendere possis. Si quis enim vi dejectus natu-
ralem possessionem recuperare amplius nequeat, amiserit cer-
tè possessionem, etiam si diceret, se animum possidendi non
amisisse. Quare cum ipsi non integrum est, corporalem posses-
sionem recuperare, etiam animum possidendi ut abjiciat, ne-
cessum est, *l. 3. §. Nerva 13 ff. de acquir. vel amitt. possess.* Ablatio
rei coacta, quæ mox casu, mox causâ contingit, est, si quis cogi-
tur illatâ vi rem possessam relinquere sive tradere, *l. si ut 5. §.
quod vero 4 ff. commod. §. 3. Inst. quib. mod. re contr. l. 3. §. et si 9 ff. de
acquir. vel amitt. possess.* Modus amittendi civilis est ipsius rei
consensualis alienatio: quæ vel reverâ talis est, vel talis fictione
juris: quæ reverâ talis est, fit in personam vel certam vel incer-
tam. Alienatio in personam certam facta dicitur contractus, ut
emptio, venditio, donatio, dotis datio, trāsactio, mutuum, *tot. tit.
ff. de contr. empt. vendit. §. 2. Inst. de donat. l. 35. C. de jure dot. tot. tit.
ff. de transact. l. 38. C. eod. §. 1. Inst. quib. mod. re contr.* Alienatio in
personam incertam facta, dicitur derelictio, missilium in vul-
gus jactatio, *l. 1. ff. pro derel. §. antepenult. & penult. Inst. de rer. dia-
vis.* Quæ talis est fictione juris est patientia & permissio præscri-
ptionum aut usucapionum, *l. alienationis 28 ff. de v. signif.* Vix est
enim, ut non videatur alienare, qui rem suam patitur usucapi,
d. l. 28. Modus amittendi prætorius est bonorum alterius, vel
quoad possessionem, vel quoad dominium à judice facta cui-
dam adjudicatio: quæ fit ob causam vel civilem, ut g. v. in solu-

D

tiq.

tionibus & restitutionibus, *l. fin. C. de jur. dom. impetr. §. 1. & 6. Inst. de interd. §. 2. Inst. de offic. judic. l. 1. §. est igitur 4 ff. uti possid. vel criminalem: ut in bonorum condemnati rei publicationibus & confiscationibus, l. fin. ff. de requir. reis. vel absent. damnat. l. 1. ff. de bon. damnat.* Ideoque à parte prioris possessoris hic est modus amittendi, à parte verò posterioris vel recuperandi, vel adipiscendi.

46. Finis acquisitæ possessionis est, ut res possessæ usui nostro & humanis necessitatibus inserviant, *l. Julianus 13. §. possessionem 21. ff. de action. emt. vend.* Effectus est usus ipse jam realiter existens, qui vel juris est vel facti: Facti, quoniam rei fructus & cætera de possessâ re dependentia commoda jamjam lucramur, illis utimur, abutimur, vendimus illa, illa donamus, & quocunque modo lubet, pro nostro arbitrio de iis disponimus viventes, morientes. Juris; quia rei possessæ nacti sumus dominium aut verum & instantaneum, *l. 1. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. poss. l. 20. C. de pact.* quale tamdiu præsumitur donec probetur contrarium, *l. fin. C. de rei vindic. §. 4. vers. commodum. Inst. de interd. §. 2.* vel occasionem usucapiendi sive dominium futurum & impendens, *d. l. 20. si videlicet à non domino sine furro possidente, §. 2. Inst. de usucap. rem bona fide ac titulis bonis accepimus, princ. Inst. eod. tit. §. si quis 35. Inst. de rer. divis.* Operari tandem & hoc bonæ fidei possessionem aperti juris est, quod adversus omnes violentos invasores usumq; illius impediens autoritate propria, nulla metuendâ poenâ, *l. 3. ff. de j. & j. l. 4. ff. ad L. Aquil. ceu vis injustæ repulsores arma defensiva sumamus, l. 1. §. 27. ff. de vi & vi arm. & tam nosmetipsos, quam prædia nostra, nostras ædes, agros nostros ab omni prædâ incolumes obtineamus atq; servemus, tot. tit. C. quando liceat unicuique sine judice.* Cum melius est ac tutius occurrere in tempore, quam post exitum vindicare, *d. tit.*

Conclus. Jam ergò peractâ, de quâ me acturum supra dixi materiâ, secundum potiora, non quidem ut pro illius dignitate debui, sed ut ob ingenii mei tenuitatem potui, membra disputationis filum abrumpo, reliquis ad altiore[m] magisque
in.

ingenuam hujus rei indaginem locum quàm libentissimè cedens.

COROLL.

1. Duo possidere possunt in solidum.
2. Non modò justæ, sed etiam injustæ possessionis causa mutari potest.
3. Nullo pacto dicit Albericus effici posse, ut sit alicujus rei possessio sine corporali apprehensione.
4. *Trentl. vol. 2. disput. 21. th. 1. lit. f. in not.* videtur malè fecisse oppositionem inter possessionem naturalem & justam, cum naturalis & justa possessio sese invicem respiciant, ut genus speciem, inter quæ Logici nullam agnoscunt.
5. Is solum qui credit transferentem esse dominum, usucapere potest. *princ. Inst. de usucap. §. 35. Inst. de rer. divis. E.*
6. Dubium facit malæ fidei possessorem.

Συὺ θεῶ!

GÜNTHRRE, dum disquis ingenl potens,
POSSESSIONUM vera quæ sententia
in JURE, quæq; falsa sit: dignum facis
opus labore, quem Minerva comprobat,
quiq;

65
quiq̄ est Deo pergratus, & non displicet,
qui vera diligunt, bonis & candidis.

Hoc pro labore, qui bonus, precabitur
tibi favente corde mille commoda.

Astrea quin & ipsa pro te cœlica
DEUM rogabit: ipse verò plurima,
possessor orbis universi maximus,
tibi providebit possidenda tempore,
quod ille rectum novit omnium optimè.

*Dn. Parentis rogatu
perlibenter fundebat
Affini suo charissimo*

M. Andreas Stechanius, Saxo;
Scholæ Arnst. Rector.

F I N I S.


ULB Halle 3
003 862 070




Sb.

VDM







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

Augustum 13. 1636, 5

JURIDICA
SIONI.

su JCTORUM in
ana

Excellentissimo

INGEPAUER,
o, Professore

Consiliario Saxonico

Scabinatus Adfessore di-
re suo quovis honoris ac
quam non

Augusti
ffer

THERUS Förster/
ur.

Æ
Weidneri,
6.

